

ELENCHUS III.

Decretalium ampliatarum a S. Concilio Tridentino.

LIBER QUARTUS.

TIT. III.—DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

40. Decretalis Innoc. III. relata in c. *Cum inhibito* 3. præcipientis §. 1. faciendas esse publicationes ad detegendum, an aliquod impedimentum obstat matrimonio contrahendo, ampliata est sess. 24. c. 1. de reform. matrim. præcipiente has ter faciendas tribus continuis diebus festis. Moderata est autem quoad earumdem dispensationem, quæ relinquitur prudentiæ et iudicio Ordinariorum.

41. Eadem Decretalis infligens §. *Sane* triennem pœnam suspensionis ab officio ferendæ sententiæ parochi contempnenti impedire matrimonia interdicta, et cuilibet sacerdoti etiam Regulari præsumenti eisdem interesse, pariter moderata est, cum hæc pœna relinquatur arbitrio Episcopi.

TIT. XIV.—DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.—IN CLEMENTINIS.

42. Decretalis Clem. V. relata in c. unic. *Eos qui* infligentis pœnam excommunicationis ipso facto in præsumentes scienter contrahere matrimonium in gradu prohibito consanguinitatis et affinitatis, ampliata est sess. 24. c. 5. de reformat. matrim. addente ita præsumentem contrahere, et multo magis consummare, separari debere, et carere spe dispensationis: sicuti et illum, qui ignoranter in dicto gradu prohibito contraxerit, sed requisitas solemnitates neglexerit.

LIBER QUINTUS.

TIT. IV.—DE PRÆLAT. VIC. ETC.

43. Decretalis Alex. III. relata in c. *Præterea* 1. prohibentis sub certis pœnis pecuniam dari ad exercendam Episcopalem seu aliam spiritualem jurisdictionem, ampliata est sess. 25. cap. 11. de reform. ita statuente: «Non liceat etiam jurisdictiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi aut deputandi vicarios in spiritualibus locare; nec conductoribus per se aut alios ea exercere: aliterque concessionem etiam à Sede Apostolica factæ subreptitiæ censeantur.»

44. Decretalis ejusdem relata in cap. *Quoniam* 2. idem prohibentis, ampliata est, ut supra.

TIT. V.—DE MAGISTRIS.

45. Decretalis Innoc. III. relata in cap. *Quia nonnullis* 4. decernentis,

magistrum in Theologia esse eligendum in Metropolitana dumtaxat, ampliata est sess. 5. cap. 1. de reform. præcipiente eligi debere etiam in cathedralibus, si civitas sit insignis et populosa, ac in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis.

Eadem Decretalis restringens onus docendi gratis magistro grammatices impositum ad Clericos illius Ecclesiæ, in qua est constitutus magister, ampliata est cit. loc. id indistinctè extendente ad omnes Clericos aliosque scholares pauperes.

TIT. VII.—DE HÆRETICIS.

46. Decretalis Alexand. III. in Concil. Lateran. relata in cap. *Sicut ait* 6. infligentis excommunicationem ipso facto non reservatam contra hæreticos, eorumque receptatores, fautores, eisque credentes, ampliata est sess. 24. cap. 6. de reform. eam reservante solis Episcopis in casibus tantum occultis absolvendam per se, et non eorum Vicarios. Hodie ex Bulla Cœnæ §. 1. reservatur soli Pontifici etiam in casibus occultis.

47. Decretalis Innoc. III. relata in cap. *Excommunicamus* 13. infligentis §. *Credentes* eandem censuram, ampliata est, ut supra.

TIT. XIV.—DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO.

48. Decretalis Alex. III. relata in cap. *Porro* 1. statuentis Clericum spontè duellum offerentem, vel oblatum suscipientem, sive victor, sive victus fuerit, esse deponendum vel suspendendum, relicta Episcopo facultate eum super hac pœna dispensandi, si in duello non fuerit subsequuta mors, vel membrorum mutilatio, ampliata est sess. 25. cap. 19. de reform. novas pœnas infligente nedum in Clericos, sed etiam in alios, ut ibi. Vide Additiones meas hoc eod. tit.

TIT. XXXIII.—DE PRIVILEGIIS.—IN SEXTO.

49. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. *Volentes* 1. statuentis exemptos conveniri posse coram locorum Ordinariis ratione delicti, sive contractus, sive rei, si contractus sit initus, et res sita in loco non exempto; non verò ratione domicilii, cum tunc non teneantur respondere, nisi coram certo iudice: item monachos privilegiatos interdicti, suspendi et excommunicari posse ab iisdem Ordinariis, si mittantur ad prioratus illis subjectos, ampliata est sess. 7. cap. 14. de reform. decernente insuper, ut licet dicti exempti et regulares extra claustra degentes certum iudicem à S. Sede deputatum habeant, conveniri et cogi etiam possint ad solvendum debitum in causis mercedum et miserabilium personarum; sicut et in aliis causis, si iudicem non habuerint.

TIT. XXXIX.—DE SENT. EXCOMMUNICAT.

50. Decretalis Honorii III. relata in c. *Noverit* 49. infligentis excommunicationem, ut supra n. 46. ampliata est, ut ibidem.

ELENCHUS IV.

Decretalium a S. Concilio Tridentino speciatim innovatarum.

LIBER QUINTUS.

TIT. XXXIII.—DE PRIVILEGIIS.

25. Decretalis Innoc. III. relata in cap. *Cum capella* 16. statuentis nihil detrahendum Ordinariorum jurisdictioni in concernentibus Ecclesias parochiales, ac cetera eorundam Ordinariorum jura, etiam quoad capellanos regios, innovata est sess. 24. cap. 11. de refor.

IN SEXTO.

26. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. *Volentes* 1. statuentis ut suprâ in Elencho III. n. 49. innovata est, sess. 7. cap. 14. de refor. cum ampliacione, ut in cit. n. 49.

TIT. XXXVIII.—DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

27. Decretalis ejusdem relata in cap. *Omnis utriusque* 12. præcipientis omnes doli capaces teneri semel saltêm in anno confiteri, et Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere, innovata est sess. 13. de Sacram. Eucharist. Can. 9. et sess. 14. cap. 5. ac Can. 8. de Poenit.

FINIS TOMI TERTII ET OPERIS.

INDEX MATERIARUM

TERTII TOMI.

LIBER QUARTUS.

DECRETALIAM GREGORII IX.

	Pags.
TIT. I.—De sponsalibus et matrimoniis.	1
§. I. De sponsalibus.	2
—II. De matrimonio.	13
—III. De impedimentis matrimonii.	23
TIT. II.—De dispensatione impuberum.	33
TIT. III.—De clandestina dispensatione.	37
TIT. IV.—De sponsa duorum.	50
TIT. V.—De conditionibus apposis in dispensatione et aliis contractibus.	54
TIT. VI.—Qui clerici, vel voventes matrimonium contrahere possint.	62
TIT. VII.—De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.	71
TIT. VIII.—De conjugio leprosorura.	74
TIT. IX.—De conjugio servorum.	75
TIT. X.—De natis ex libero ventre.	77
TIT. XI.—De cognatione spirituali.	Ibid.
TIT. XII.—De cognatione legali.	82
TIT. XIII.—De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.	84
TIT. XIV.—De consanguinitate et affinitate.	85
TIT. XV.—De frigidis, et maleficiatis, et impotentia coeundi.	96
TIT. XVI.—De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.	101
TIT. XVII.—Qui filii sint legitimi.	104
TIT. XVIII.—Qui matrimonium accusare possint, vel contra	